



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

De Ludimagistrorum iustitutione & instructione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

De Ludimagistris.
 DE LV DIM A-
 G I S T R I S

I.

*Syn. dioces.
 sub Ferdin.
 Anno 1612.
 tit. 5.*



Vlli admittentur vel tolerabuntur Ludimagistri, nisi cum præscientia & examine Decani districtus, in quo schola sita fuerit.

II. Ante admissionem faciant professionem fidei Catholicæ.

III. Iurabunt quoque se non admissuros, neque docturos hæreticorum libros, sed tantum à Decano & Pastore approbatos.

IV. Debitam Decanis & Pastoribus obedientiam spondebunt.

V. Dominicis & festiuis diebus pueros ad sacrum atque concionem, & ad vespervas, vbi moris fuerit, adducant.

VI. Quater, ad minimum in anno eosdem confiteri faciant.

VII. Prælegent Catechismum Romanum, aut alium cum Decani & Pastoris consensu.

VIII. Nullas exhibebunt Comœdias, nisi à Decanis & Pastoribus approbatas.

IX. Quantum fieri potest quotidie pueros in cantu Gregoriano instituant, minimum autem omnibus Sabbathinis & profestis diebus.

DE M A G I S T R I S
 F A B R I C A E

I.

*Decr. Synod.
 Anno 1612.
 tit. 6.*



Magistri fabricæ sint Catholici, & professionem fidei ac fidelitatis iuramentum edant.

II. Necessaria Ecclesiæ, & ad eandem spectantia procurabunt, diligenterque curabunt ne bona fabricæ in alium usum conuertantur.

III. Nihil noui procurent, vel ædificent citra Pastoris consensum.

IV. Vt computum quotannis non sine Pastoris præsentia exhibeant, ac requisiti parati sint reddere rationem omnium reddituum Archidiaconis, aut suis Commissarijs visitantibus, aut alijs exigentibus.

DE